

Vota Gamica

Reverendo, Litteratissimo & Humanissimo

VIRO,

DOMINO

CHRISTOPHORO

THUMMISIO Pastori Eccles. in

Schebitz fidelissimo,

tertiùm Sponso:

Et Lectissimæ pudicissimæq; Fœminæ

DOROTHEÆ STOLLIÆ,

VIRI Spectatissimi & Integerrimi

Dn. BALTHASARIS BÜTHNERI

olim Civis & Mercatoris Wolaviensis

primarii, relictæ Viduæ,

4. d. Dec. An. repar. Salutis 1646.

Wolaviæ nuptias celebraturis,

nuncupata

â

Patronis, Fautoribus, Amicis.

OLSNÆ SILESIOR.

Ex Officinâ typograph. Johann-Seyfferti.



Te bene! Sponse Dei qui donum svave reportas,
In thalamum, trinâ quem vice concelebras.
Perfectum trinum est, perfectus quinve futurus
Sit torus hic trinus non dubitare queo.
Tantum addo votum: Vos summi gratia Jovæ
Triplex de cœlo perpluat aureola,
Sit fœcundus amor, thalamus sit fertilis, alto
Deq; fluat Cœlo ter benedicta SALUS!

Ita reverendo Domino tertiùm Sponso & dilectæ ejus Sponsæ ὁλοψύχως apprecatur

Ananias Weber SS. Thol. Doctor, Ad S. Elisabeth. Past. & Ecclesiarum ac Scholarum Evangelicarum Vratislaviensium Ephorus.

Si fas est ductâ Casta gaudere Maritâ,
Et flere amissam, ut pagina sancta refert,
Tu meritò, qui olim gaudebas, sponse, maritâ
casta, jam amissâ mæstus es ast animo.
Tu luges meritò, migravit & altera Conjux,
Ipsa & te viduo nam sinit esse thoro,
Jam tibi pars iterum subtracta est cordis, opinor
maxima, dum Conjux altera & astra petit


Occidit ante diem, pupillos deſerit orbos
mater, vix caſus triſtior eſſe poteſt.
Sed ne cede malis magno nec cede dolori
nec laceres gemitu pectus inerme tuum,
A Domino factum, ejus ſacroſancta voluntas
Cunctigerens coſtas abſtulit atq; dedit.
Quì dedit ille tulit, dabit hic ſolamen in arctis
rebus, ſic luctum ſpe moderare tuum.
Qui tulit ille novam thalami ſociam dedit Almus,
qui dedit ille tulit, qui tulit ille dedit,
Exue triſtitiam mentis nova gaudia monſtra,
Omni potens coſtam iunxit amore novam.
Qui dedit & thalami nova fœdera jungat in unum,
ut fiant unum pectora bina precor:
Qui dedit & faciat fiant nova fœdera firma,
firmus amor maneat firmus in omne ſequens
Qui dedit hanc ſponſam faciat ſit & altera Conjux,
pupillis mater, uxor amanda tibi.

Id quod ex animo pr:

M. Johannes **Guttermut**
EccleſiæTrachenberg: Paſtor
& reliquar in Lib. Baronatu Superrintendens.

Servivi, CHRISTO, ferè uunc Triginta per annos
Et precium Mundi, ſcommata multa, tuli.
Inter tot lachrimas, inter ſuſpiria tanta,
Quæ ſæpè extorſit, lingva doloſa, mihi.

Con-



Conſcia Mens recti, ſummi ſacra pagina JOVÆ
Et perchara mihi Coſta, levamen erant.
Coſta, inquam, undenæ ſobolis, fidiſſima Mater,
Coſta viro fido, fida marita ſuo.
Quæ mihi in Exilio ſævæ quoq; tempore peſtis
Mille et in adverſis, firma Columna fuit.
Coſta, mori quæ non, ſed ſemper vivere digna
Neſtoreos annos, Mathuſalæq; dies.
O talem ſponſam, quæ non injuſta Noverca
Quæ te amet, atq; domum dexteritate regat!
Quæ curas minuat, quæ multâ prole beatum
Te faciat, quæ ſit pulchra Corona Thori,
Talem inquam, ſponſam, patientèr ferre dolores
Quæ didicit, tibi nunc VIR REVERENDE precor.
Author Conjugii votum Confirmet, & addat
Huic noſtro voto Gaudia mille. VALE

Ita inter animi mærores
&
Podagricos dolores Cordicitus vovet

Caſpar Titius, Eccleſiæ Wolavienſis Paſtor. & Ducatus ejusdem Senior primarius.

Dum Te pungit hyems, Thummiſi, & frigus adurit
In viduoq; toro terret acerba monas,
Ut tibi ſubſtituant ſociam, pia Numina, poſcis
Quæ demtæ poſſit ſuſtinuiſſe vicem.

Pondus ineſt precibus! Theodoram cælitùs offert,
Legitimi ſanxit qui pia jura thori,
Atq; jubet vidui mutare cubilia lecti
Ne poſthac noceat nix, monas atq; gelu.
Tu modò, qui primùm mandaſti vivere in una
Carne duo, ſimili dic-bene, CHRISTE, pari!
Ut quo Thariades complexus amore Cethuram eſt
Amborum ſimilis pectora ſtringat amor.

Ita ſincerè voveb.

Vincentius Stephani
Münſterb. Ravicenſ. Paſtor.

DOROTHEA STOLLIA,

gemino Anagramm.

OLLA SIT THORO DEA!
O STELLA DIA THORO

Ergo (quod annus eſt & ampliùs fore
Cum ſagiebam) *Præco* THUMMISI *ſacer*,
Nunc temporisq; Sponſe feliciſsime,
STOLLIA, JEHOVÆ SINGULARI MUNERE,
Subit vicem ſuävis olim ANTHERIÆ?
Nec omen hoc fuiſſe, nec votum irritum,
AMICE, gaudeo mihi, tibi gratulor;
Et plura cum vetent labores ſcribere,
Qualem ipſus optas STOLLIAM, talem precor,
Divam eminentem ſi cupis, quæ Cypriam

Æquet

Æquet venustæ frontis elegantiâ
Castuq; vincat: OLLA SIT THORO DEA!
Si regna tua, corde expetis, quasi *sidere*
Illuminari: O STELLA DIA sit THORO!

L. m. q. scribeb.

M. Elias Major, P. C. L.
Gymnasii Vratisl. Elisabetani Rector & Professor, cæterarumq; ibidem scholarum Inspector.

Sicut prima, suam sic tertia Copula Laudem,
Si rem, Thummisi, mente voluto, meret.
Conjugium repetis, quo quis divinior ordo?
Quis ferat humano commoda plura Gregi?
Sic Seriem poteris patriæ protendere Gentis:
Nominis & vivax amplificare Decus.
Sic testare, tuo quæ sit fiducia cordi:
Credis, Par Hominum pascere posse Deum.
Posse Deum plures si det progignere, Natos
Pascere: posse tuam ritè fovere Domum.
Non placet, accisos cui propter Temporis usûs,
Dùm vigor est, cælebs sollicitudo placet.
Perge sacrum Thalami Triadem complere. Salutem
Et vitam tribuat cœlitùs UNA-TRIAS.

M. Henricus Closius Gymn:
Magdalenæi Rector Vratislaviæ.

Tertiæ


Tertia THUMMISI, quoniam Tibi ducitur uxor,
Ter repeto votum connubiale meum:
O felix, felix, felix, det Trinus & unus
Tertia contingat Copula, Sponſe Tibi!
BARBARA prima fuit, fuit ANN-CATHARINA ſecunda,
Tertia DOROTHEA eſt: Nomen in omen eat.
Quas Paradiſus habet, fuit utraq; chara Marito,
Muneris & faciet quod THEODORA ſui.
Si pia, ſi patiens, ſi caſta, laboribus & ſi
Sit conſveta, θεȣ̃ fœmina δῶρον erit.
Talibus ornatam virtutibus eſſe futuram
Sponſe tuam Sponſam publica fama refert.
Cælitus ergò datâ Theodorâ pellito curas,
In thalamo cernens plurima δῶρα θεȣ̃.

Veteris amicitiæ ergo l. m. q. f.

Elias Hojerus Eccl.
Olsn. Archidiaconus.

Non REGINA tenens atria CYPRIDOS;
Non formoſa JOVIS latoculi SOROR
JUNO; non operum quæ DEA plurium
PALLAS; ſed vacuum qui facit aëra
Latè ignire facis fulgure ſplendidæ
Solus grata Deus gaudia dividit
Curarum VIDUOS moleſât arduâ
Jucundò thalamô purpurat anxios.


Pordi



Prodi SCHEVICII PASTOR agri bone
THUMMISI, Charitum vivida gloria,
ANTHERI columen ſtemmatis unicum;
FILI delicium præſidium meum!
Annon lætitiæ melle DEUS tua
Pulſâ nube gravi pectora temperat,
Luctum cordivorum molliter edomat,
Addendo trutinâ divite commodùm
BYTHNERI VIDUAM VVOLAVIÆ ſatam!
Hæc eſt SPONSA piô myſtica ventilans
Adfectu TRIADOS juſſa ſacerrimæ!
SPONSÆ frontis honos candidus, & fides,
Et prudens animi ſimplicitas placet.
Hæc eſt æqua, probæ regula fœminæ;
MATER Pignoribus JUSTA venit tuis;
Non fœcunda minis bellua luridis;
Non URTICA dolis ebria ſæculi.
Quid mores reliquos tangere langvidô
Formidem calamô? SPONSA rubentibus
Frontem non didicit pingere gnaviter
Moris. Non tremulis SPONSA PROCOS vocat
Palpebris, genus hoc fœmineum decusq;
Civile eſſe putat fœderis immemor.
Non nidos capitis conſtruit exteri;
Morſus lividulos reſpuit; altera
Lectum SARA tuum viſitat edomans
Noctis colloquio tædia candidô,
Amplexus revocans mellifluos, novus

(Si LUCINA *favet) proditor annuô*
Finitô in gremiô tempore lusitet
En dignum meritis digna laboribus
Ut digni remetant fœnora, candidi
Vitæ PHILTRA PATRES *, stemmatis adproba*
Lecti FULCRA *, Domûs non sine gloriâ*
Solem. Sole Parens si caret aureô
Cum largô gemitu fessus obambulat ;
Heres subsequitur parta laboribus
Perdens cum Sociis, atq; mero, Senum
Quod cœnis potius Pontificum Solum
Tingvens divitiis atria polluet.
Ergò FATA TIBÎ *quùm nova tot novas*
Præmissis preculis delicias vehant
Exstinctâ nitida funere CONIUGE
FILI SPONSE *, velut Nauta vigil* PHARO
Et CHLORIS *violâ, lilio & albulo,*
SPONSA STOLLIACO *sangvine fulgidâ*
Gaude! Nunc animum lætitiâ fove!
Nunc Phœbi auricomi vestibus exhibe
Auratos radios! Fortiter occupa
Nunc portum! Roseam Numine gemmulam
MERCATOR *revehas propitio domum!*
Nunc fortuna favet, merx datur optuma ;
Lecti pignoribus rancida merx nocet.
Sed quorsum? properem claudere DELIUS
Inspirat tenues versiculos. Chori
Summum siderei mulceo Præsidem

Votis



Votis adſiduis, STOLLIA vividum
Sponſum mille jocis, merce novâ beet
Et cum MATRE piâ ſæpius advocet
Lætô SCHEVICIUM tempore COMPATRES,
Nam quid conjugium? Triſte jugum carens
Dulci progenie, & tempore luſtrico.
Si verò patriæ parvulus adſidet
Menſæ, ceu viridis plantula, triſtia
Excedunt thalamô nubila, pax viget,
Ridet cum patre ſat Mater amabilis
Cum livore cadit diſsidium ferum.

Reverendo Dn. SPONSO PRO-FILIO de idoneâ & οἰκουρῷ vitæ Sociâ feliciter inventa cum catervâ ὄντως χαιρόντων hoc ſchediasmatiô antiquâ ſide & virtute gratulor

M. Johann-Viebingius Paſtor
Exul, p. t. reliquiarum Scholaſticarum in hac flammâ rerum OLSNA corruente Rector

---

Phosphore Amicorum, THUMMISI Oculiſſime, verſus
exigis, & tedis vota dicanda tuis.
Lenta ſed ad doctam ſe noſtra Thalia Pöëſin
exerit, atq; minus dexter Apollo favet.
Si fuit ulla mihi, langvet jam vena, nec ullo
nunc, quo fortè olim Spiritus igne calet.
Ne tamen absq; metris tua ſint conamina noſtris,
excipe, quæ cannâ langvidiore cano.

Conjugio eveniant feliciter omnia cœpto,
adſpirentq; novo Paxq; Salusq; toro.
STOLLIA, quæ Mater dubio ſine, blanda f[illegible]tura eſt,
ſit precor & Soboli juſta Noverca tuæ.
Sit Cordis Requies Capitisq; auguſta Corona
Sit Decus, atq; tuæ fida Columna Domus!

Quod voveo animitus

Fridericus Scultetns
Paſtor Eccleſiæ in Herrn Motſchelnitz.

Syrach c. 37. v. 27:

Wo kein Haußfraw iſt/ da gehets dem Hauß-wirth/ als gieng er in der irre.

Recte, errare Virum, *Sapiens*, Uxore carentem,
Dixit: idem SPONSUS comprobat hîcce novus
Syr. 26, 21. *Quippe DOMUS GEMINO per mortem SOLE peremptò*
ConſiliiSocii, (heu! heu!) bis oberrat inops.
Jer. 8, 4. *Aſt rectam reperiſſe viam non expetit Errans?*
Et certos greſſus optat habere pedum?
Ergo novam vitæ Comitem jam nactus, AMICE,
Lætaris merito, & SOLE oriente NOVO.
Sit tibi fida Comes, dum Spiritus incolit artus,
Ad ſit conſilio, Te regat atque Tuos.
SOL Virtute tuæ domui præluceat opto,
Exhilaret Mentem, & pignora chara, diu,

Reverendo Dno: Sponſo Amico ſuo Singulari debitæ gratul. ergo apponebat
quartana fermè exiccatus
Chriſtophorus Gerhardus Wrat,
p. t. Paſtor in Schweinern.

Hac-

Hactenus Uxores duplicato funere binas,
Thummisi, planxti, Sponse verende, tuas,
Hactenus & Sociam gemuisti, turturis instar,
In thalamo viduus, plenus amore, novam
Ast tibi nunc iterum fulget post nubila Phæbus,
Dum Vidua ad Viduum BUTTNERIANA venit.
Sed venit, haud casu, quoniam sors omnia versat,
Dividit & jungit pectora amata Deus,
O veniat felix, concors, pia, casta, decora,
Virtutum radiis splendida Sponsa tibi!
Sic venit, hinc nimium felix es, Sponse, putandus,
Conjuge nil tali dulcius aut melius.
Adjiciat vestris Deus annis Nestoris annos,
Vinciat & mentes mutua flamma duas.
Sic fugiet planctus, gemitus, nubesq; dolorum
Sic venient thalamo pignora chara tuo.

adproperabat
ANDREAS Gebauer
Diaconus Wolav.

TER FAUSTUM QVOD AGIS!

PRIMUM Conjugium, tibi, cessit SPONSE, secundum;
In quo, vos placidos, junxit amica quies.
Successit, læta, fæcundum prole SECUNDUM;
In quo concordes, reddidit amplus Amor.
TERTIA VOTA paras! Jucunda, ut PRIMA, SECUNDA;
Sint! liget Unanimes Vos, precor, ALMA TRIAS.

Tribus hisce, Tædis tuis Tertiis,
Trinum perfectum, â TRI-UNO accinit
GOTTFRIDUS Gebauer
Pastor in Mundtschütz.

Hæc Tibi Thummisi non casu contigit uxor
Dotibus egregiis, moribus ingenuis:
Sed servata Tibi est vidua hæc Butneria Fato,
Solaq; conjugio digna putata tuo.
Nunc Tibi parta quies, & quod sperare solebas
A Superis casti munus amoris habes.
Gratulor ergò Thoro vestro concordia nexu
Vos jungat, junctos sospitet alma Salus.
Vivite turturibus similes, blandisq; columbis.
Vivite & inceptum multiplicate Thorum.
Vivite felices donec Mors Lumina vestra
Claudat, Sponse Tuam dilige, Nupta Tuum.
Id precor ex imo, Sponsis ego corde novellis,
Tu pondus votis adde benigne Deus!


L M Q.

Matthæus Girbigius
Pfarr in Wüschlitz/

Von Gott beschert / Bleibt unerwehrt

A summo quæ sunt homini Concessa Tonante
Impedit & nunquam garrula lingva Viri.
Sic ducente DEO, Dextramq; Fidemq; Thorumq;
Porrigit hacce die Florida Sponsa Tibi.
Invideat quicunq; volet, mihi credito talem
Quilibet invidiam sustinuisse volet.
Qua propter Domino meritas deprome supremo
Grates, Costam & ama pectore & ore Tuam.

Vestro



Uestro nunc etiam DOMINUS *benedicat amori*
Vt socio crescant pignora læta thoro.

Benevolentiæ & amoris ergo adjecit

Michaël Felsius p. t. in
Protsch & Hünnern ad
Ripas Widæ verbi Minister.

Tertia divinô Tibi nutu jungitur Uxor,
Perfectus numerus ternus ut esse queat;
Ceu tres sunt Charites; sic tres dat Jova Maritas;
Tertius in ternâ Conjuge Sponsus ovas.
opula terna Tibi sit felix terq; beata,
Perfectus Thalamus ternus ut esse queat.

Ita

boni ominis ergò
devoto cum voto
flectteb. & nectteb.

Gothofredus Hofmanus
Ecclesiæ Ravicensis Diaconus.

Prosopopoeia Anagrammatica.

CHRIRTOPHORUS THUMISIEUS
HIC THORUS MEIS HORTUS PIUS

Per Metagramma THORUS *cluit* HORTUS *Amoris amæ-*
Ex quo proserpunt Germina pulcra Poli. [*nus*

Blandæ

Blandæ extent Plantæ Me Plantatrice Meâq;
Nostro in Conjugii prosporioris Agro.
Sic THORUS *usq;* MEIS *erit Hic Pius* HORTUS *Amoris,*
Horto ipso Fructus gratior esse solet

Proinde

Diceris ut triplici trîplex cum Conjuge Conjux.
Sic triplex triplici dicere Prole Pater.

Atq; ita

Conjugium lepidum tepido sub Carmine VOBIS,
Ex ipsâ Adfectus integritate precor !

CASPARUS HOFMANUS Philod.

Christophorus Thummisius.

per anagr.

Scopus mi Thorus, it mirus.

Libanius quondam, sc:s Sponse, sophista propinquans,
Prætori, dignum benè sese incusat atroci
Supplicio demens, qui vincla jugalia passus.
A sapiente Thorus rarò scandatur, ineptè
sic Epicurus ait, socius : mala multa quòd affert.
Automedon, nulli qui debeat, esse beatum
primò ait : uxoris mox expers: tùm sine prole
existat. Tu cui finxit præcordia Titan
sana magis ,rides fatuos, Platone refutas,
supplicium ponente illi perturpe, maritam

qui

qui renuit. Scis, ordo Dei Thorus; haud bona, Thomas
qua fert, te fugiunt, ut ſunt prolesq; fidesq;
Et Chriſti ſignum cum Sponſa fœderis icti.
Sponſa facit quò ſis perfectus, & integra ſedes.
Ergo Thorum dum miri ficet tibi Jova, maritas
Jam tollendo duas; patiens hinc Cunctipotenti es,
Et pius in prolem famulosq; Tibi Thorus extat
Dum Scopus, & matrem perjuſtè præficis illis.
Sit felix tibi, ſit proli; & Thorus ultimus, opto.

L. M. Q.

Balthaſar Bockiſch
Ludimod. Ravicens

Ter *ſuos olim ſolebat Incolas admittere*
ad ſuam ſorem verenda Romuli Potentia.
Tertiâ *vice Tu, colende Sponſè, ſic admitteris*
Tertiarum *nunc paratis Nuptiarum Gaudiis.*
Non velut Timon dolere concupis perennitèr;
Segregato ſed Dolore, Turturisq; fletibus,
Tertias *favente Jovâ, Nuptias nunc apparas*
Tertias *demùm manentes, atq; perfectas fore,*
Sponſe forſan arbitraris? arbitrans non falleris.
Namq; perfectum manensq; quodlibet Trinum *putes,*
Tertias *nunquid futuras cogitas laudabiles?*
Ultimæ non laudis eſt in Tertiis *conſiſtere.*
Nobiles in tertiana *ſunt Cohorte Milites.*
Providus proſcindit *Agrum primo Vere Ruſticus,*
Et deindè iterat, *laborat* tertiare *Jugerum,*
ut ſequente Meſſe Meſſor demetat plus Fructuum.

 Polli-

Pollinem qui concupiſcit, tertiò *Far demolit.*
Tu Tibi jungens Maritam tertiam *Viduam*, *Tibi*
Jungis Hanc decora Morum prædicat quam Gratia:
Cui renidet Fronte marmor, *Ore vernans & Roſâ*,
Lilium Roſisq; miſtum. Floret Hæc Vere in ſuo,
Namq; quadriluſtris ætas tacta non annis ſuis.
Emînet caput ſtaturâ rectiore Corporis,
Qualis extitisſe Virgo dicitur Meleagria.
Hanc refert porrò pudicam Fama tradux, *Biblia*
Qualis illa Caſtitatis norma, *vel fuit Chia.*
Et refert piam, *Rebecca qualis usq; vixerat*,
adde quod Domûs Magiſtram, *Martha qualis*, *nunciat*
Chare ſic Tu Sponſe, *noſces* tertias *has Nuptias*
Pluribus Bonis beatas, *atq; perfectas fore.*
CHRISTE, *qui ſubſcriptor atq; Fundus es Connubii*,
Fundus & Subſcriptor eſto terciis *his Nuptiis*,
Fac Maritis, *quæ ſalutem*, *cuncta quæ ferunt Bona*,
affluant, *Illis fac usq; conjugalis uſtulet*
Charitas, *reſplendeatq; cœlitùs Concordia.*
Non vis ulla, *caſta vertat Corda*, *verticordia*,
Ne brevi vidues Maritos, *copulas quos nunc*, DEUS;
Neſtoris fac ſecla vivant, *atq; Vivos procreent.*
Procreant fœtûs Mariti non niſi velit DEUS. Quem

Domini Adfinis ſui, *æviternùm ſuſpiciendi*, *Gameliis gamelium Trochæum*, *ut & ſeipſum cum omni affectu & effectu offert*, *oblatum antâ Soldurioru*m

Lege obſtringit
ANDREAS STIERIUS Wincingenſ. p. t.
Gymn. M. Magd quod eſt Breslæ, alumn⁹.

STOLLIA THUMMISIO sit fida marita marito,
CHRISTOPHORO veniat DOROTHEÆq; Salus.
Ista Dei munus, CHRISTI portator at ille;
Sic Thalamus felix, este, quod estis, erit.

Elias Hojerus junior
Gymnas. Elis. Wratisl.
ἔντροφοσ.

Als der Herr Bräutigam seine Liebste zum Ersten mahl gesehen. d.7.Maij.

Ich bleibe schon bey dir/ du Krone werther Frawen/
Bin ich gleich von dir weit / mein Geist sol dich anschawen.
Der Höchste wird auch dich/ zu Wohl regieren wol/
Das vnser beyder Hertz/ wird Liebe bleiben vol.
Nach Hoheit tracht' ich nicht/ ein Kind trew frommer Leute/
Das ist Allzeit bey mir/ die liebste beste Beute/
Hinzwischen sey gegrüst/ itzt stell ich mir das Ziel d.7.7br.
Wann ich komme zu dir/ so es Gott haben wil. 1646.

Chrysostomus Thuanus L.

Fraw Braut mein liebster Schatz wir tretten in den Orden/
Darin wir beyde sind recht trew geliebet worden.
[illegible] führet gutter Geist die Hertzen führe gleich
Wie weyland waren die/ so ietzt im Himmelreich.
Da war die Liebe trew / da waren schöne Gaben/
Damit wir uns gar wol / im Hertzen konten laben.

Da

Du nun-vertrawtes Hertz/ bringe mir gleiche Freud.
Ist dein Hertz auch so trew/ vergeß ich alles Leidt.

O ita eveniat cælitus
quod vovet animitùs
calamus animusq;
Sponsi.

* * * * * *

En viduum renovas Thalamum, vitæq; requiris,
chare parens, Sociam post fera fata tori.
Hem Res læta, Tibi nunc rursus ducitur uxor,
nomine quæ nobis Matris amanda venit!
Fac, DEus ut charo Patri sit amabilis uxor;
Sed Nobis Mater, corde manuq; pia

Sic cum fraterculo & duabus sororibus iteratis Domini Parentis Nuptiis gratulatur, & novercam non novercantem; sed germanè amantem precatur major natu filius

JOHANNES CHRISTOPHORUS THUMMIUS.

F I N I S.